



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

96. Militantis Ecclesiæ &c. Erectio Ecclesiæ Pirmensis Beatæ Mariæ dell  
Steccata nuncupatæ in Ecclesiam, & Sedem Conventualem Sacræ  
Equestris Religionis Constantinianæ, S. Georgii cum pluribus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO  
1718.

adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa colore, pretextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ aut interesse habentium confessus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defecu notari, impugnati, infringi, retractari, in controveriam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutiois in integrum, aliudque quocunque juris, fasti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestate plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoq[ue] plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios & delegatos, etiam caufarum Palati Apostolici Auditores, ac dicta S. R. E. Cardinales etiam de Latero Legatos, & Apostolice Sedis Nuncios, aliose quoilibet quacunque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiiri debeare, ac irritum, & inane si secus super his à quocunq[ue] auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non diætæ Militiae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur Statutis, & consuetudinibus, stabilimenti, usibus, & stylis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Militia, illiusque Fratribus, & Personis etiam primioribus, seu primis sub quibusunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum deroga-  
toxiis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alijs quomodolibet in contrarium præmissorum concef-  
sis, & pluries, & quantiscunque vicibus con-  
firmatis, approbatis, iteratis, & innovatis. Qui-  
bus omnibus, & singulis etiam pro illorū suffi-  
cienti derogatione de illis, eorumque totis te-  
noribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata experientur, & inferentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haben-  
tes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specia-  
liter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariai quibusunque. Datum Romæ apud Sanum Petrum sub Annu-  
lo Piscatoris die xx. Aprilis MDCCI. Pontificatus  
Nostri Anno Primo.

F. Oliverius.

ANNO  
1718.

## ERECTIO

Ecclesiæ Parmensis Beatæ Mariæ della Steccata nuncupata in Ecclesiam, & Sedem Conventualem Sacrae Equestris Religionis Constantinianæ S. Georgii, cum pluribus concessionibus ad favorem tam ejusdem Religionis, quam illius Serenis. Magni Magistri Francisci Farnesii Parmae, & Placentiae Duci, ejusque Successorum.

## CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, præsidentes, ad ea potissimum, que Militarium Ordinum, maximo Christiana Republicæ bono, anteadiis temporibus institutorum decus, & incrementa recipiunt, quæque in Orthodoxæ Fidei, Divinæ cultus amplificationem cessa sunt, vigilantia nostræ curas libenter convertimus, noſtrique Apostolici Officii partes propensa benignitate desuper interponimus, prout pia Catholicorum Principum vota postulant, & Nos, prudenti consultatione adhibit, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè alias, postquam tunc in humanis agens Joannes Andreas Angelus Flavius Commenus, dum vixit, Princeps Macedoniae, ac Magnus Magister Militia Aureatae Constantiniane sub titulo Sancti Georgii, & Regulâ Sancti Basillii Magni Familiae suæ Angelæ Flaviae Commenæ solus superstes, ac tam liberis, quam sp[ecie] illos procreandi jam destitutus, summopere cupiens in Officio, seu munere Magni Magistri, seu perpetui Administratoris Militia prædictæ, quod longissimo tempore ab ejus Progenitoribus continuâ, ac non interruptâ serie obtentum, & possesum fuerat, dari sibi Successorem prævalidum, cuius ope, ac virtute Militia præfata revelaretur, ac præservaretur à noxiis, nec non laetioribus, benedicente Domino, proficeret incrementis, ad Personam dilecti Filii Nobilis Viri Francisci Farnesii Parmae, & Placentiae Duci, egregiis naturæ, gratia, & Divina muneribus præfulgentem, mentis suæ oculos provide direxerat, juribusque sibi in hac re quovis modo competentibus, seu quæ sibi competere existimaverat, utens, eidem Francisco Duci, ejusque successivæ Natis, Nepotibus, & Descendentibus, aliisque ipsius Francisci Duci Familia Farnesia prædictæ Successoribus Parmae, & Placentiae Duci pro tempore existentibus Officii, seu munus Prædictum, reservato, tamen desuper Sedis Apostolicae beneplacito, resignaverat; felicis recordationis Innocentius Papa XII. Prædecessor noster, firmam in Domino spem concipiens, dictum Franciscum Ducem, cui præter generis splendorem, ac domestica Majorum exempla, Catholicæ Religionis tuendæ zelus, aliæque eximia, ac pio, prudentique Principe dignæ virtutes abundè suffragabantur, Militia prædictæ plurimum utilitatis allatum esse, ac proinde felicibus ejusdem Militia, quæ, ut afferebatur, diversis Privilegiis, Gratiis, & Indultis à quamplurimis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, tunc suis, insignita fuerat, progressibus opportunitate consulere volens supplicationibus tam Francisci Duci, quam Joannis Andreæ Principis, & Magni Magistri, seu perpetui Administratoris prædicatorum nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus ac etiam motu proprio, ac

Jo. Andreus  
Angelus Flavius  
Commens  
Princeps  
Macedoniae  
ultimo Ma-  
gister  
Militia Au-  
reatae Con-  
stantiniana

Præfatus  
Princeps Mc-  
cedoniae res-  
gravit mu-  
nus Magni  
Magistri  
Militia  
Confantinianae  
Serenissi-  
mo Duci  
Francisco  
neffo, ejusque  
Descendentibus,  
aliisque  
ipsius Serenissimi  
Duci  
Successoribus,  
reserva-  
to beneplaci-  
to Apofoli-  
co.

ex

ANNO  
1718.

Innocentius  
XII. hujus-  
modi resigna-  
tionem con-  
firmavit.

Et ad majo-  
rem cautelam  
eidem Ducī  
ejusque Su-  
cessoribus  
munus M.  
Magistri per-  
petuo conce-  
dit & assigna-  
vit.

Et cum eis  
super quibus-  
cunque defe-  
ctibus & im-  
pedimentis  
obstabilitur,  
seu obstitutio-  
ad præmissio-  
rum effectum  
dispensavit.

ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione suis, deque Apostolicae porestatis plenitudine resignationem dicti Officii, seu muneris Magni Magistri, seu perpetui Administratōris Militiæ Aureatae Constantiniane p̄dictas eidem Franciso Duci, ejusque successore Natis, Nepotibus, & Descendentibus, aliisque ipsius Francisci Ducis Familia Farnesiæ p̄dicta Successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus pro tempore existentibus à prefato Joanne Andrea Principe, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratore factam, ut praferitur, publicumque desuper confessum Instrumentum, seu publicam desuper confessam Scripturam cum omnibus, & singulis in eis contentis sub certis modo, & formâ tunc expressis Apostolica authoritate perpetuo confirmatis, & approbat, & ad majorem, & abundantiorē cautelam, quatenus opus esset, ac etiam omni meliori modo, viâ, jure, & formâ, quibus firmius, & validius facere poterat, eidem Franciso Duci, ac p̄dictis illius Natis, Nepotibus, & Descendentibus, aliisque Familia sue Farnesiæ hujusmodi Successoribus Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus, successivo ordine respectivè, supradictum Officium, seu munus Magni Magistri, seu perpetui Administratōris Militiæ Aureatae Constantiniane p̄dictas, p̄missis, vel aliâ certo, quem idem Innocentius Prædecessor pro expresso haberi voluit, modo tunc vacans cum omnibus, & singulis illius honoribus, iuribus, p̄mēnias, & prærogatiis solitis, & consuetis, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, perpetuò concessit, & assignavit.

¶. 2. Nec non cum illis super receptionis in Fratres Milites Militiæ p̄dictas, ac susceptionis habitus per eosdem Milites gestari soliti, nec non Professionis per ipsos Milites emitte consueta Regularium, nec non servitorum quorumlibet ad ejusdem Militiæ Statutis, seu stabilimenta p̄scriptorum, ac aliarum quarumvis per eadem Statuta, seu stabilimenta, ac Privilegia, & Indulta Apostolica ad obtinendum Officium, seu Munus hujusmodi, illiusque jurisdictionem, potestatem, p̄mēnias, & prærogatiwas exercendum quomodolibet requisitarum qualitatum defectibus, ceterisque impedimentis quibusvis in præmissis eidem Franciso Duci, ejusque Natis, Nepotibus, & Descendentibus, aliisque ipsius Francisci Ducis Familia Farnesiæ hujusmodi Successoribus, Parmæ, & Placentiæ Ducibus, pro tempore existentibus, p̄dictis quomodolibet obstantibus, & quandocumque obfūtūris, seu quæ illis obfūtare quovis modo pretendi, censi, vel intelligi possent ad præmissorum effectum, quatenus opus esset, semper, & omni tempore, quo casus hujusmodi eventurus fore, de speciali dono gratiæ dispensavit, & alia dispensavit, prout in ejusdem Innocentii Prædecessoris Literis in formâ Brevis die vigesimâ quartâ Octobris millesimi sexcentesimi nonagesimi noni expeditis, quartum tenorem praestibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto habeti volumus uberiori continetur.

¶. 3. Cū autem, sicut accepimus, Franciscus Dux, ac Magnus Magister seu perpetuus Administratōris p̄fatus, ut Christianum decebat Principem, susceptique Officii, seu Muneris ratio ab ipso postulabat, ad instaurandam Militiam hujusmodi, ob varia præteriorum temporum infortunia ferè collapsum pio, strenuoque animo incumbens, nullis haec tenus pepercit curis, laboribus, & sumptibus, ut illa ad pristinum honoris, ac Dignitatis gradum restitueretur, & restituta ad Catholicam Religionem contra Infidelium insultus pro veteri suo instituto propugnandam usui

esse posset; in primis autem antiqua p̄fata Mili-  
tia Statuta, seu stabilimenta renovari meliori,  
quam olim, methodo, ac ordine disponi, p̄-  
sentique temporis conditioni, ac rerum statui ac-  
commodari sedulò curaverit, quamplures insuper  
non tam generis nobilitate, quam animi robore,  
virtutumque meritò præstantes viros, p̄vio ma-  
turo examine, in eandem Militiam adscierit;  
ac demùm cum implacabiles Christiani nominis  
Hostes Turcæ in sua feritate confidentes Catho-  
licorum Principum, ac p̄fertim Venetae Reipu-  
blica Domina nefario bello vexare cœperunt, idem  
Franciscus Dux, & Magnus Magister, seu per-  
petuus Administratōris, avita pietatis stimulis in-  
citatus, duo peditum millia in sexdecim Cohor-  
tes distributa, non sine gravi sui Ducalis Aerarii  
dispendio, alaci tamen, promptoque animo suis  
sumptibus conscriperit, ac eorum regimini an-  
teditos Milites sub ejusdem Militiæ vexillo p̄-  
fecerit, illaque sic conscripta, omnibusque ne-  
cessariis instructa in Venetorum opem, atque  
subsidium ad Dalmatiæ partes transmisserit, fir-  
mâ spe, fiduciâ conceptis, quod idem Mi-  
lites, dirigente Domino fideles eorum gressus,  
non tam Venetis ipsis, quam Universæ Chri-  
stiana Reipublica ad propulsandos Barbarorum  
conatus non modico futuri essent adjumento.

¶. 4. Tametî verò omnia, & singula p̄-  
missa hucusque gesta, & laudabiliter constituta p̄-  
dicta Militia decori, & stabilitati longè suffici-  
tura dignoscantur, nihilominus dictus Franciscus  
Dux, & Magnus Magister, seu perpetuus Ad-  
ministratōris feliciori adhuc ejusdem Militiæ statui,  
conservationi, & incremento, nec non p̄dicitōrum  
Militiæ utilitati, & subventioni consultum  
esse plurimum cupiat, proindeque Nobis exponi  
ficerit, quod Militia p̄fata certâ Ecclesiâ, cer-  
tâque Sede Conventualib, in quibus Milites  
Divina Officia, aliasque Ecclesiasticas functiones  
juxta eorum Regulare Institutum pro tempore  
celebranda celebrare, & conventionaliter ad iastar  
aliarum Militiarum hujusmodi vivere respectivè  
possint, annuisque redditibus, & Commendis  
ad id necessariis, ob superiorum temporum calamiti-  
tates, defituta reperitur; quodque, si sine cu-  
râ Ecclesia Beatae Mariæ della Steccata nuncupata  
Parmen, qua minimè collativa existit, ac pro  
tempore existentis Parmæ, & Placentiæ Ducis  
patronicio subiecta, nec non à quadam Congrega-  
tione Clericorum, & Laicorum à prefato Duce  
elegi, & deputari solitorum regitur, & gubernatur  
ac à viginti quinque Clericis, seu Presbyteris in  
cantu Gregoriano approbat, & apud eam per-  
sonaliter residentibus, ac ad nutum ejusdem pro  
tempore existentis Parmæ, & Placentiæ Ducis  
amovibilius, cum congrua menstrua mercedis,  
seu menstruâ salarii assignatione in Divinis deservi-  
tur, & in quâ nonnulla perpetua simplicia, per-  
sonalemque residentiam non requirentia Beneficia  
Ecclesiastica, quorum duo de Jurepatronatus  
ejusdem Congregationis, reliqua vero pro ma-  
jori parte similiter de Jurepatronatus Laicorum,  
ex fundatione, vel dotatione existere dicuntur,  
fundata reperiuntur, in Ecclesiam Conven-  
tualem, & certam Sedem p̄dicta Militia, to-  
tiusque Ordinis Militaris hujusmodi Caput, ad  
quod ob illius Edificii elegantem structuram, am-  
plitudinem, celebrem ornatum, & divitem sacra-  
rum supellecillum copiam satis apta esse dignof-  
citur, perpetuò erigeretur, ac in ea unus Magnus  
Prioratus pro uno Presbytero Milite ejusdem Mi-  
litiæ, qui à nunc, & pro tempore existente ejus-  
dem Militia Magno Magistro, seu perpetuo Ad-  
ministratore elegi, ac eidem Ecclesiæ, distaque  
Militiæ Milibus, ac aliis ejusdem Ecclesiæ  
Ministris, & Cappellanis eidem Ecclesiæ inser-

ANNO

1718.

Serenissimus  
Dux curavit  
inflaturatio-  
nem Ordinis  
Statuta renova-  
vando, Mil-  
ties nobiles  
adscribendo,  
& duo millia  
pedium in  
subsidium  
Venetorum  
contra com-  
munem hos-  
tem expedi-  
endo.

Expositio fa-  
cta per Sere-  
nissimum Dur-  
cem SS. D. N.  
pro obtainen-  
da erectione  
Ecclesia Ste-  
ccata in Ec-  
clesiam, &  
Sedem Con-  
ventualem  
Ordinis, &  
concessione  
Domus Pie  
Misericordie  
Curis Major-  
is, ac applica-  
tione ba-  
norum, &  
redituum di-  
ctae Ecclesiæ  
& Domus  
Pie Militiæ  
p̄dictæ.

ANNO  
1718.

vientibus, cumtculo, ac denominatione Magni Prioris praesesse, illorumque Praeses, ac Praelatus esse deberet, perpetuo itidem erigeretur, & institueretur; Nec non Pia Domus de Misericordia nuncupata in Terra de Corte Maggiore Placentiae Diocesis Provinciae Bononiensis, quae pariter minime collativa existit, nullaque ad vitam, seu in administrationem concedi confuevit, quaque alias a quondam tunc in humanis agente Rolando Marchione Pallavicino, dum vixit, Domino in temporalibus dicta Terrae fundata, ac deinde a recolenda memoria Alexandro Papa VI. etiam Prædecessore nostro, præviâ ejusmodi fundationis amplissima confirmatione, a quacumque Ordinarii Loci jurisdictione perpetuo exempta, illaque sic exempta eidem Rolando, ejusque Successoribus Dominis in temporalibus dicta Terrae pro tempore existentibus subiecta fuit, & nunc ad Franciscum Duce, & Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem prædictum, ut legitimum Successorem præfati Rolandi spectat, & pertinet, ac per nonnullos homines Universitatâ dicta Terrae ab ipsomet Franciso Duce, cui de annuis redditibus ejusdem Pia Domus, illorumque administratione singulis annis idem homines, rationem reddere tenentur, pro tempore nominatos, & deputatos regi, & gubernari solet, eidem Militia etiam perpetuo concedetur, insuper omnia, & singula respectivè bona, res, proprietates, ac iura quæcumque ad præfatam Ecclesiam sic erigendam, ac præfatam Domum Piam sic concedendam quomodolibet respectivè spectantia, & pertinentia, illorumque omnes, & singuli fructus, redditus, & proventus, qui deductis omnibus, & singulis Ecclesiæ, ac Domus Pia præfatarum oneribus, ad quingentos septuaginta duos ducatos auri de Camera circiter annuatim, ut asseritur, ascendas, eidem Militia in congreuam pro tempore existentis Magni Prioris Magni Prioratus, ut præfetur, erigi hujusmodi, nec non in dotem nonnullarum praecitoriarum, seu commendariorum ejusdem Militia similiter, ut infra, erigendarum perpetuo applicarentur, & assignarentur, aliaque infra scripta per Nos benignè concedenterur, ex his omnibus, & singulis Militia præfata validius sua stabilitatis firmamentum, ac Divinus cultus in dictâ Ecclesiâ non modicum susciperent incrementum, ac Milites ipsi ad Christianas excolandas virtutes, solidamque sui Ordinis gloriam promovendam, proposito eis præmio, vehementius inflammarentur,

S. 5. Nos, qui Militiam hujusmodi, cuius, dum Cardinalatus fungebamus honore, Protectoris munus sustinuimus sincero paterna charitatis affectu semper prosecuti fuimus, & nunc etiam impensè prosequimur, summoperè gaudentes, quod illa sub Francisci Ducis, ac Magni Magistri, seu perpetui Administratroris prædicti auspiciis ad pristinum honoris, & Dignitatis locum, benedicente Domino, resurgere jam cœperit, ac proinde eundem Franciscum Duce novis gratiarum muneribus decorare, ejusque pium, ac laudabilem propositum, quantum cum Domino possumus, confore, nec non ipsam Militiam, ut felicioribus in dies lætari possit incrementis, opportunæ subventionis ope juvare, ac silenti volentes, ipsumque Franciscum Duce, ac Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem, ejusdemque Militia Milites, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquæ Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, ha-

rum serie absolventes, & absolutos fore censes, motu proprio, ex certa scientiâ, ac maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ad uberiorem cautelam, ac etiam quatenus opus sit, omni, & quocumque potiori, & meliori modo, ac formâ, quibus firmius, & validius à Nobis fieri possit, ac valeat, eidem Francisco Duci, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac præfatis ejus Natis, Nepotibus, & Descendentibus aliisque Familia sua Farnesiæ Successoribus, Parmæ, & Placentiae Ducibus, pro tempore existentibus, successivo respectivè ordine, præfatum Officium, seu Munus Magni Magistri, seu perpetui Administratioris Militia præfata per eundem Franciscum Duce, ut præfetur, obtentum, & hucusque præclarè gestum, ac exercitum cum omnibus, & singulis illius honoribus, iuribus præminentissimis, & prærogativis solitis, & consuetis, aliisque gratiis sibi, ac Familia sua Farnesiæ Descendentibus, & Successoribus prædictis à præfato Innocentio Prædecessore, ob examinam suorum, & Familia sua Farnesiæ prædictæ meritorum celitatem, ut præfetur, concessis, tenore præsentum perpetuo iterum concedimus, & assignamus, omniaque, & singula eidem Francisco Duci, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Familia sua Farnesiæ Descendentibus, & Successoribus prædictis super libero exercitio Officii, seu muneris hujusmodi ab eodem Innocentio Prædecessore concessa, etiam perpetuo harum serie approbamus, & confirmamus, dictumque Franciscum Duce, & Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem, ejusque Familia Farnesiæ Descendentes, & Successores præfatos in omnibus, & singulis iuribus, quæ dicto Joanni Andreæ, ejusque Familia Angelæ Flaviae Commenæ, si tempore resignationis ab ipso Joanne Andrea eidem Francisco Duci, ut præfetur, factæ, & per eundem Innocentio prædecessorem etiam, ut præfetur, confirmatae, & approbatæ, existissent, ad dictum Officium, seu Munus Magni Magistri, seu perpetui Administratioris quomodolibet competebant, seu competere poterant, & si dictus Joannes Andreas Officium, seu Munus hujusmodi non resignasset, ipsiusque Familia Angela Flavia Commenæ prædicta extincta non fuisset, quomodocumque competerent, & competerem posset, gratiosè, ac plenariè subrogamus, & subrogatos esse volumus, & declaramus, nec non Militiam Aureatam Constantinianam prædictam ab eodem Francisco Duce, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratore, ut præfetur, infauratam; ac ferè de novo erectam, & institutam dictâ Apostolicâ autoritate approbantes, & confirmantes, eundem Franciscum Duce, & ab illius Familia Farnesiæ Descendentem, qui Parmæ, & Placentiae Dux pro tempore extiterit, ordine præfato, Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem ejusdem Militia, perinde ac si ab ipsomet Francisco Duce vere de novo ercta, & instituta fuisset, cum honoribus, prærogativis, & facultatibus, quibus alii altiarum Militiarum hujusmodi Apostolicâ autoritate confirmatarum Magni Magistri cum suis Militibus quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, absque ullo prorsus discrimine, & fine aliquo antiquorum iurium præjudicio, sed nova iura antiquis cumulando, eaque conservando perpetuo constituimus, & depudamus.

S. 6. Ac Ecclesiam Beate Mariæ della Steccata nuncupatae præfata, præviâ in ea omnis cuiuscumque status, & essentiæ secularis, non ramen quoad Beneficia in ea jam, utpræfetur, fundata,

ANNO  
1718.

Pontifex ad cautelam, & quatenus opus sit, Munus Magni Magistri de novo concedit Serenissimo Duci, & iugice Successoribus, & confirmat omnia illa concessa ab Innocentio XII.

Eos insuper plenariè subrogat in omnibus iuribus, que ad dictum Munus Magni Magistri Familia Angelæ Flaviae Commenæ omnibus illi competebant.

Militiam Constantinianam approbat, & confirmat.

Serenissimum Franciscum Duce, & ab illius Familia Descendentem qui Dux Parmæ, & placentiae pro tempore erit, Magnum Magistrum d. Militia constituit.

Erigit Ecclesiasticam Stoccatae in Ecclesiam, & secundum Convenitale dicta Militia.

ac

ANNO  
1718.

ac de dicto jurepatronatus Laicorum, ut præfertur, existentia, quæ illæsa, & in eorum primæva natura seculari, excepto tamen jure in eis instituendi Clericos Seculares ad illa pro tempore vacanta, ab illorum pro tempore existentibus Patronis præsentandos, quod Nos Magno Priori præfato pro tempore existenti concedere, ut infra, & assignare intendimus, remaneant, extincione, nec non ejusdem Ecclesie Beatae Mariae della Steccata nuncupatae Regiminis, & Gubernii à Congregatione prædictâ, à qua, ut præfertur, regi, & gubernari usque nunc confuevit, abdicatione, ac prædictorum viginti quinque Clericorum, seu Presbyterorum Secularium præfatorum, à quibus eadem Ecclesia Beatae Mariae della Steccata nuncupata nunc, ut præfertur, in Divinis servitut, amotione, in certam Ecclesiam certaque prædictæ Militia Aurea Constantiana Sedium Collegiale, seu Conventualem, quæ Caput aliarum Ecclesiarum Militia hujusmodi in posterum erigendarum exstet, ac omnibus, & singulis privilegiis, indultis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, jurisdictionibus, authoritatibus, facultatibus, & gratis, quibus alias similes Ecclesiae Militiarum Capita quomodolibet gaudent, utuntur, fruuntur, & potiuntur, seu gaudere, utri, frui, & potiri debent, perpetuò gaudet, utatur, fruatur, ac potiatur, nec non à viginti quinque Clericis, seu Presbyteris idoneis à nunc, & pro tempore existente dictæ Militia Magno Magistro, seu perpetuo Administratore, eligendis & ad sui placitum amovendis aliquæ toties, quoties causus evenerit, subrogandis, & ab eo insigni Crucis ejusdem Militia, juxta illius statuta, seu Rabilimenta donandis, qui apud dictam Ecclesiam Beatae Mariae della Steccata nuncupata personaliter residere teneantur, cum congru illius mensuari salarii, quod viginti quinque Clericis, seu Presbyteris Secularibus, ut præfertur, amotis, antea assignari confueverat, assignatione in Divinis collegialiter, seu conventionaliter deserviri debeat, ubi Milites prædicti nunc, & pro tempore existentes Divina officia, aliasque Ecclesiasticas functiones ab eis, juxta laudabilia ejusdem Militia instituta, & consuetudines celebrari solita, ac debita, celebrare liberè, & licite valeant, eadem Apostolicâ autoritate perpetuò erigimus, & instituimus.

Magnum  
Prioratum  
in d. Ecclesia  
Steccata in-  
stituit.

§. 7. Ac ut in eadem Ecclesia Beatae Mariae della Steccata nuncupata Divinum servitium, & Milites prædicti in spiritualibus exactæ, pieque dirigantur, in ea unum Magnum prioratum pro uno Presbtero idoneo, Milite ejusdem Militia expressè Professo, futuro ejusdem Magni Prioratus Magno Priori, ac à nunc, & pro tempore existente prædictæ Militia Magno Magistro, seu perpetuo Administratore ad dictum Magnum Prioratum, dum illum quandocumque, quomodocumque, ubicumque, & ex cuiusvis personâ, ac etiam à primâva ेre ेctione per præsentes facienda vacare contigerit, eligendo, & in Magnum Priorem dicti Magni Prioratus præficiendo, qui Ecclesia Beatae Mariae della Steccata nuncupata prædictæ, illiusque Cappellanorum Insigni Crucis, ut præfertur, donandorum, aliorumque Ministrorum prædictæ Ecclesie Beatae Mariae della Steccata nuncupata pro tempore inservientium Caput, Praeses, ac Prælatus existat, eique, ac Militibus prædictis in spiritualibus, cum indultis, gratiis, antelationibus, præminentius, ac annuis redditibus eidem futuro Magno Priori pro ejus congru suffentatione, ut infra, concedendis, & assignandis præesse, illorumque Praeses, ac Prælatus esse, ac eorum spirituali directioni incumbere debeat, Apostolicâ autoritate præfata similiiter perpetuò erigimus, & instituimus.

199 A N N O  
1718.

§. 8. Ac Domum piam de Misericordia nuncupatam prædictam in Terra de Corte Maggiore Placentinae Dioecesis dictæ Provinciæ; quæ, ut præfertur, minimè collativa existit, nullique ad vitam committi, minusque in administrationem concedi confuevit, & ad dictum Franciscum Ducem, ut præfertur, nunc spectat, & pertinet, præviâ similiter illius Gubernii, & Administrationis ab Hominibus Universitatis prædictæ Terræ abdicatione, cum omnibus, & singulis illius Ædificiis, Membris, Ædibus, aliisque Pertinentiis, necnon Bonis, Juribus, ac redibus, ut infra, applicandis, appropriandis, & ergandis eidem Ecclesie Beatae Mariae della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem dictæ Militia Ecclesiam, ut præfertur erecta, omnimodè subjecimus, camque sic subjectam eidem Militia, illiusque Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Militibus nunc, & pro tempore existentibus, cum pleno, & libero illius Ædificiorum, Bonorum, ac Juriū quorūcunque prædictorum respectivè usu, & dominio, motu simili, & ex certâ scientiâ, deque Apostolicâ potestatis plenitudine, de consensu prædicti Francisci Ducis, etiam perpetuò concedimus, & assignamus.

§. 9. Ecclesia vero Beatae Mariae della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem Ecclesiam dictæ Militia, ut præfertur, erecta, ac Domus Pia prædictarum eidem Militia, illiusque Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Militibus nunc, & pro tempore existentibus prædictis respectivè, ut præfertur, concessum, & assignatarum prædia, proprietates, fundos, census, aliaque jura, & bona universa in quibusvis rebus, & ubicumque consistentia, & undecimque provenientia, ac quomodolibet, & quovis nomine nuncupata, prævia illorum, quantum opus sit, ab Ecclesia Beatae Mariae della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem prædicta Militia Ecclesiam, ut præfertur, erecta, & Demo Pia prædictis opportuna dismembratione; Ita quod liceat Militia prædicta, illiusque modernis Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Militibus hujusmodi per se ipsos, vel alios eorum, & prædictæ Militia nominibus realem, corporalem, & actualem proprietatum, rerum, prædiorum, censuum, aliorumque juriū, & honorum universorum respectivè prædictorum possessionem, cuiusvis licentiâ desuper minimè requisitâ, propriâ auctoritate liberè apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, nec non omnes, & singulos fructus, redditus, proventus, & obventiones, ac emolumenta quæcumque ex eis respectivè quomodolibet provenientia, quæ omnia insimul, deductis omnibus, & singulis Ecclesie Beatae Mariae della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem dictæ Militia Ecclesiam, ut præfertur, erecta, ac Domus Pia prædictarum respectivè oneribus, ad prædictam summam quingentorum septuaginta duorum ducatorum auri de Camera hujusmodi circiter annuatim, ut præfertur, ascendunt, quæ omnia, & singula respectivè onera prædicta integrè, & absque ulla proflus illorum diminutione, quantumvis minimâ, semper, & perpetuò supportari, & adimpleri, necnon omnia, & singula Jurapatronatus Beneficiorum in prædicta Ecclesia Beatae Mariae della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem prædicta Militia Ecclesiam, ut præfertur, erecta, jam fundatorum semper, & perpetuò conservari, ac penitus illæsa remanere, illaque ad eorum respectivè Patronos, nunc & pro tempore existentes ut prius, speficare, & pertinere debere volumus, atque decernimus, per unam ejusdem Militia Militium, ab illius nunc, & pro tempore existente Magno Magistro, seu perpetuo Administratore eligen-

Domum  
Piam Misericordia Curtis Majoris subiect Ecclie Steccata, & eam assignat Militia cum omnibus bonis, & Juribus.

Omnia bona, & Jura, ac redditus dictæ Ecclesie Steccata, & Domus Pia administrari, & respectivè percipi debent à nova Congregatione Militum deputantia per M. Magistrum.

Omnia, & singula onera dictarum Ecclesie, & Domus Pia debent integrè adimpleri.

ANNO  
1718.

dorum, & deputandorum, ejusque arbitrio removendorum, Congregationem noviter depudam, ad quam Juspatronatus, quod ante hac in duobus ex praedictis Beneficiis in praedicta Ecclesia B. Mariæ *della Steccata* nuncupata in Collegiale, seu Conventualem praedictæ Militia Ecclesiam, ut præfertur, erectæ etiam, ut præfertur, fundatis, ad primò dictam Congregationem quomodolibet spectabat, & pertinebat, in posterum, perinde ac si ab illorum respectivè primavera fundatione, vel dotatione secundò dicta Congregationi reservatum fuisset, spectet, & pertineat, spectare, & pertinere debeat, & censeatur, integrè, plenariè, ac liberè administrari debere: Ita quod secundò dictæ Congregationi de novo, ut præfertur, deputanda liceat omnia, & singula ad Ecclesiam Beatae Mariae *della Steccata* nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem praedictæ Militia Ecclesiam, ut præfertur, erectam, & Domum Piam præfatas quomodolibet respectivè pertinentia prædia, census, bona, & jura universa perpetuè regere, & gubernare, eorumque fructus, redditus, & proventus quoquaque percipere, exigere, levare, dislocare, & attendare; Cum hoc tamen quod ex annuis fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi eadem secundò dicta Congregatio omnia, & singula Ecclesiae, & Domus Pie prædictarum respectivè onera juxta illarum Fundationis, aliarumque piarum dispositionum legem annuatim supportanda, ac adimplenda supportare, & plenariè adimplere, ipsamque Ecclesiam, illiusque sacramentum de supellestitibus, aliaque rebus ad cultum divinum necessariis manutene, ut prius, debeat; eos autem, qui supererunt, annos fructus, redditus, & proventus prædictos pro rata annuâ centum septuaginta duorum ducatorum auri similium, in congrua dicti Magni Prioris Magnum Prioratum hujusmodi pro tempore obtinentis sustentationem, reliquos verò quadringentos ducatos auri de Camera hujusmodi in annuum tot Commendarum dictæ Militiae, pro tot ejusdem Militiae Milibus, juxta providam nunc, & pro tempore existentis Magni Magistri, seu perpetui Administratori prædicti dispositionem, ac ejus arbitrio erigendarum, & assignandarum stipendum perpetuò convertere, & erogare liberè, & licite valeat, similiter voluntum, decernimus, & declaramus.

**S. 10.** Ac insuper eidem Francisci Duci, & Magno Magistro, seu perpetuo Administratori, ejusque in hujusmodi Officio, seu Munere Successoribus prædictis, quod prædictas, aliasque Commendas, Cappellas, aut Ecclesias ejusdem Militiae perpetuò erigere, & instaurare, dictæque Militiae perpetuò incorporare, applicare, & appropriare, & Commendarum Fundatoribus, ac Dotoribus Juspatronatus, & præsentandi Militiae, ejusque Magno Magistro, seu perpetuo Administratori pro tempore existenti, vel ejus Deputato Personas idoneas ad Commendas hujusmodi pro tempore vacantes, etiam concedere, & reservare, & sic à Patronis præsentatos, juxta statim dictæ Militiae à Nobis suis loco, & tempore approbadis, nostrâque Apostolica authoritate confirmanda, Ordinariorum Locorum, & quorumvis aliorum consensu desuper minime requisito, in ipsis Commendis instituere, ac alias illas conferre, & de eis providere possit; Ita tamen, ut quoad Beneficia Ecclesiastica in dictâ Ecclesia Beatae Mariae *della Steccata* nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem praedictæ Militiae Ecclesiam, ut præfertur, erecta, jam etiam, ut præfertur, fundata, quorum duo de Jurepatronatus secundò dicta Congregationis, reliqua verò pro majori parte similiter de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione, ut

præfertur, existunt, ac etiam quoad alia pariter Ecclesiastica Beneficia, quæ in eadem, vel aliis prædictæ Militiae Ecclesias de cetero erigi, ac fundari contigerit, idem Magnus Magister, seu perpetuu Administrator nullo modo se ingerere valeat, sed quocunque Beneficia hujusmodi per tempore vacaverint, illorum Patroni Magno Priori nunc, & pro tempore existenti Personas idoneas ad Beneficia hujusmodi nominare, & præsentare, eademque Personæ sic nominatae, ac præsentatae ab eodem Magno Priore canonican institutionem in eisdem Beneficiis reportare debeat, & teneantur, motu simili, ac ex certa scientia deque Apostolica Potestatis plenitudine perpetuò concedimus, & indulgemus.

**S. 11.** Præterea Ecclesiam Beatae Mariae *della Steccata* nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem dictæ Militiae Ecclesiam, ut præfertur, erectam, & Domum Piam prædictas, necnon Commendas, Cappellas, & Ecclesias quoquaque prædictæ Militiae tam haec tenus erectas, quam in posterum, ut præfertur, erigendas, illarumque omnia, & singula respectivè bona, redditus, & proventus quoquaque, ac insuper omnes, & singulos ejusdem Militiae Milites etiam Clericali charactere insignitos, aut in aliquo ex Sacris ordinibus constitutos ubique nunc existentes, ac de cetero extituros, nec non eos omnes etiam Cruce hujusmodi Militiae non insignitos, qui prædictæ Ecclesie Beatae Mariae *della Steccata* nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem dictæ Militiae Ecclesiam, ut præfertur, erecta, acti inservient, ac intrâ ejus septa, & domum resi- debunt, & sub Magni Prioris prædicti obedientiâ vivent, ab omni Jurisdictione, superioritate, visitatione, dominio, & potestate quorumvis Episcoporum, Archiepiscoporum, aliorumque Locorum Ordinariorum similiter perpetuò penitus, & omnino etiam in habitu amplissime extimus, & liberamus, illaque, ac illos respectivè dicti Francisci Ducis, & Magni Magistri, seu perpetui Administratori, ejusque, & qui pro tempore extiterint in munere hujusmodi Successorum, jurisdictioni, visitationi, & correctioni in spiritualibus, & temporalibus immediate pleno Jure, ac in totum subjicimus, & supponimus. Declarantes tamen, ac decinentes, quod idem Magnus Magister, seu perpetuus Administrator pro tempore existens, in causis tam civilibus, quam criminalibus, vel mixtis Militum quorumque, necnon Ministrorum, aliorumque prædictæ Ecclesie Beatae Mariae *della Steccata* nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem dictæ Militiae Ecclesiam, ut præfertur, erecta, inservient, qui Clericali charactere prædicto insigniti, ut in aliquo ex sacris ordinibus constituti, ut præfertur, respectivè fuerint, nullo modo se immiscere possit, nec debeat, sed ejusmodi causas, quoquaque, ac ubique casus evenierit, cognoscendas, fineque debito terminandas committere, ac delegare teneatur Magno Priori prædicto, vel aliis Personis præfato tamen Clericali charactere insignitis, seu in aliquo ex sacris ordinibus prædictis, & in Ecclesiastica dignitate constitutis ejusdem Magni Magistri, seu perpetui Administratori arbitrio eligendis, & non aliis, ita quod Locorum Ordinarii, aliquae omnes, & singuli prædicti nullam in Commendas, Cappellas, & Ecclesias prædictas, earumque bona, redditus, & proventus, nec non in Milites, aliasque personas prædictas respectivè jurisdictionem, superioritatem, dominium, vel potestatem, etiam ratione cuiuscunque contractus, necnon cuiusvis generis delicti, etiam turbatae Jurisdictionis, vel alterius etiam gravioris speciei, & specialementem requiritis, vel aletius rei, ubique

ANNO  
1718.

spectare debet ad M. Priorem ad præsentationem Patronorum,

Indulgatur Exemptio amplissima bonorum, & Militum Ordinis etiam in Sacris constitutorum, & Personarum omnium ad inferiorem Ecclesie Steccata ab omni Jurisdictione, Visitatione, & Cor- rectione Ordinariorum, ac aliorum quorumque Superiorum Ecclesiarum.

Cause civiles, criminales, & minus diectorum & exemplorum Ecclesiasticorum debent committi per M. Magistrum M. Priori, seu aliis in Directione Ecclesiastica constitutis.

Et Sacrificia de Supellestitibus, aliasque ad Cultum Divinum necessariis manuteneri,

Reditus, qui superiorem alicentem ad ducatos auri 572. erogari debent à nova Congregatione, quoad summam duc. 172: in congrua M. Prioris, quoad residuum in erectionem in Commendam.

Conceditur facultas M. Magistro erigendi Commendas, easque pro liberto conferendi Militibus, absque Ordinariorum consensu.

Necnon reservandi Juspatronatus Fundatoribus Commendarum, & pro tempore præsentatos instituendi.

Institutiones vero Rectores ad Beneficia Ecclesiastica tam erecta, quam erigenda in dicta Ecclesia Steccata, aut aliis dictæ Militiae

loc o-

ANNO  
1718.

locorum incatur *contrafus*, committatur delictum, & res ipsa confusat, exercere valeant, sed Milites, ac alii omnes hujusmodi coram solo Magno Magistro, seu perpetuo Administratore nunc, & pro tempore existente prædicto, tamquam proprio eorum Ordinario, aut aliis Clericali charactere prædicti insignitis, seu in aliquo ex sacris ordinibus prædictis, & in Ecclesiastica Dignitate constitutis ab eodem Magno Magistro, seu perpetuo Administratore, vel suprà, deputandis Personis respec*tive* omnino privativè quoad Ordinarios Locorum, aliasque omnes, & singulos prædictos in omni, & quo*cun*que casu respondere debeant: Decernentes, quo*cun*que processus contra illos, vel eorum aliquem per ipsos Locorum Ordinarios, vel illorum Vicarios, seu quovis alias prædictos etiam in casu negligentiæ Magni Magistri, seu perpetui Administratōris, vel Magni Prioris prædictorum pro tempore factos, necnon similiter etiam excommunicationis, vel suspensionis, aliasque tententias promulgatas, nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, non obstante quoad omnia prædicta etiam in alterius, quam Magni Magistri, seu perpetui Administratōris, ejusve Deputati, vel Magni Prioris prædictorum Jurisdictionem quomodolibet per Milites, aliasque Personas hujusmodi præfando consensu, quem non valere, nec attendi debere si-militer determinimus, & declaramus,

Magni Priori uulm habitus Prælati*ti* concedit, eu*nique* defignat cum nonnullis declarationibus.

Magnus Prior quomodo Missam privatam celeb*ra*re possit.

S. 12. Ac insuper, ut Divinus cultus in dictâ Ecclesiâ Beatae Mariæ della Steccata nuncupata in Collegiale, seu Conventualem dictâ Militia Ecclesiæ, ut præfertur, erectâ, decentiūs, & honorificienti*s* peragatur, debitissime futurus Magnus Prior prædictus præfulget Insigniis, eidem Magni Priori, ut ipse, illiusque Successores Magnum Prioratum per præsentes erectum hujusmodi pro tempore obtinentes Mozzettam la-neam, five ex camelotto violacei coloris, cum suo Cappuccio, ac Rochettum ad instar aliorum Prælatotum inferiorum, absente tamen Magno Magistro, seu perpetuo Administratore prædicto, una cum Cruce ejusdem Militia super Mozzetta, tam in prædictâ Beatae Mariæ della Steccata nuncupata Collegiali, seu Conventuali dictâ Militia Ecclesiæ, ut præfertur, erectâ, quam etiam in aliis dictâ Militia Ecclesiæ; Quiescunque vero dictus Magnus Magister, seu perpetuus Administrator in eisdem Ecclesiis præfens aderit, nec non extra eas, ac intrâ, & intrâ Civitatem Parmen. & ubi*s* locorum; non tamen in Urbe Mantelletum duntaxat consimile cum Cruce ejusdem Militia, & Rochettum coram quibusvis Personis etiam Ordinariis Locorum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, dictâque Sedis etiam de Latere Legatis, Vicelegatis, ac Nunciis liberè deferre, & getere, nec non Missam pri-varam celebratur, five in dictâ Beatae Mariæ della Steccata nuncupata Collegiali, seu Conventuali, five in aliis ad eandem Militiam quomodolibet spectantibus Ecclesiis ante Altare, inter duos Capellanos superpelliceo induitos, cum canone, & instrumento argenteo cum candela, vulgo *bugia* nuncupato, non tamen Paramentis Sacris ab Altari, sed ab aliâ rabulâ à cornu Epistolæ præparata, defumptis, ac fine abaco more Episcoporum, & fine Cruce pectorali, ac stolâ à collo liberè pendente, sc præparare, & sic præparati cum assistentiâ duorum Capellanorum, unius Clerici, unius Cubicularii, qui pro manu*s* lotione aquam porrigit & unius Famuli Missam privatam hujusmodi celeb*ra*re, nec non Annulum pretiosum in dito deferre, ac Manipulum ad Verseculum *Indulgentiam, absolutionem &c. fuscipere*, non tamen ad Populum se verrendo, *Pax vobis*, nec Missâ absolu-

tâ, Sit Nomen Domini benedictum, dicere, nec Populo ter benedicere; post Missam vero privatam, ut præfertur, celebratam, Rochetto induito, absque Mantelletto ante Altare inter eosdem duos Capellanos superpelliceo induitos cum canone, ac instrumento argenteo prædictis gratiarum actionem peragere. Præterea, dum Missam solemnem pro defunctis in Ecclesiis supradictis celebratur erunt exire è Sacario cum Cappa inter Assistentes paratos, & in Faldistorio ante Altare posito Sacras Vestes indure, prout etiam quoties Missam solemnem Pontificalem in eisdem Ecclesiis celebrabunt, quinque Assistentes habere, & nobilis Sedem, seu Cathedram coopertam simpli-ci serico panno coloris festivitati congruentis, non tamen auro contexto, aut phrygio, seu basilico opere ornato retinere, eaque, non tamen in præsentiâ Magni Magistri, seu perpetui Administratōris prædicti, ut Cappâ quoque Magnâ, non tam men Ministro, seu Inferiente, qui ejusdem Cappe, aut Vests talaris limbū, seu caudam extollat, nec non Baculo, Mitra, Annulo Paftoribus, cæterisque Pontificalibus indumentis etiam uti; Ac insuper in præfata B. Mariæ della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem d. Militia Ecclesiæ, ut præfertur, erectâ, Ecclesiâ diebus, & Festivitatibus infra scriptis, vide*licet* in Paschatis, Resurre*tionis*, & Pentecostes, ac infra octavam Festi Sanctissimi Corporis Christi, Dominicis, nec non Feriâ quintâ majoris Hebdomadæ, ac Nativitatis, Epiphaniæ, & Ascensionis Domini, nec non Annunciationis, & Assumptionis Beatae Mariæ Virginis, ac omnium Sanctorum, & S. Georgii festis diebus: Item in primâ Cappellâ per dictum Magnum Magistrum, seu perpetuum Administratorem inibi habendâ, & in ejusdem Militia Comitii Mirâ pretiosa similiiter uti, nec non Populo ter post solemnum, non autem privataram Missarum celebrationem, ac eisdem Pontificalibus indumentis, ut præfertur, indui Ecclesiæ, Cappellas, aliaque Sacra Aedificia tam ha*c*tenuis constructa, quam de cætero construenda dictâ Militia dumtaxat benedicere, eaque polluta reconciliare; Ac insuper pro earumdem Ecclesiârum tantum usu, & servitio Paramenta, & Suppellectilia Sacra, exceptis tamen iis omnibus, in quibus Sacri Olei, vel Chrismatis uncio adhibetur, etiam benedicere, nec non Literas Officij Pœnitentiarie Nostræ Apostolicæ, eis pro executione diretas, ad supplicationem ejusdem Militia Militum, seu aliarum Personarum illius servitio addistarum expeditas, exequi; Nec non prædictis Capellani Cruce prædictâ, ut præfertur, decoratis, & decorandis, ut præter confuetum ejusdem Militia Habitum, Rochettum, & Mozzettam cum suo Capuccio violacei coloris, & super ea Crucem ejusdem Militia, tam in prædictâ Beatae Mariæ della Steccata nuncupata, in Collegiale, seu Conventualem ejusdem Militia Ecclesiæ, ut præfertur, erectâ Ecclesiâ, quam extra eam, nec non extra Civitatem, & Diocesem Parmen. & ubique Locorum, etiam in Processionibus, & funeralibus, aliisque actibus, & functionibus Ecclesiasticis publicis, & privatis, ac etiam in Comitiis Provincialibus, & Generalibus ejusdem Militia, ac etiam in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictâ Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, Nunciorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumcumque præsentia, quibusvis anni temporibus, & diebus similiiter deferre, & gestare, illisque pariter uti liberè, & licite respecti*v*e possint, & valeant, motu pari, & ex certâ scientiâ, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine similiiter perpetuò concedimus, & indulgemus.

S. 13. Nec non omnia, & singula præmissa, ac easdem præsentes nullo unquam tempore de-

ANNO  
1718.Quomodo  
Missam fo-  
lemnem.

In quibus Fe-  
stis uti possit  
Mitra prelio-  
fa, & ter Po-  
pulo benedi-  
cere.

Aliæ faculta-  
tes Magni  
Prioris.

Habitus Ec-  
clesiasticus  
Capellano-  
rum.

Decretum  
irritans cum  
clausulis ge-  
neralissimis,  
& specialissi-  
mis.

ANNO  
1718.

subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vi-  
tio, seu intentionis nostræ, vel quopiam alio de-  
fectu notari, impugnari, vel argui posse, ipsaque  
omnia, & singula præmissa, tamquam Magno  
Magistro, seu perpetuo Administratori, ac Mili-  
tiae, vel Militibus nunc, & pro tempore existentibus  
prædictis ex causâ onerosâ concessâ, sub qui-  
busvis tam earumdem præsentium, quam similium  
vel dissimilium gratiarum in genere, vel in specie,  
suspensionibus, derogationibus, revocationibus,  
limitationibus, alterationibus, aliisque contrariis  
dispositionibus Nobis, & Successoribus nostris  
Romanis Pontificibus pro tempore existentibus,  
& à Sede prædictâ, quavis de causa, quantumlibet  
legitimâ, & justissimâ, pro tempore emanata-  
rum minimè comprehendi, sed semper ab illis  
excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in princi-  
pium statum restituta, & de novo, etiam sub quâ-  
cumque posteriori data, per Magnum Magistrum,  
seu perpetuum Administratorem, ac Milites nunc,  
& pro tempore existentes prædictos quandocumque  
eligenda concessâ esse, & censeri, nec non  
eisdem præmissis, eisdemque præsentibus, etiam  
per quascumque Literas Apostolicas, etiam per  
quasvis clausulas generales, vel speciales, etiam  
derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & in-  
solitas, ac etiam irritantia Decreta sub quâcumque  
verborum expressione in se continentes nul-  
latenus derogari posse, nec quoad illa derogatum  
esse pauper censeri, nisi tenor illarum de verbo  
ad verbum, nihil penitus omisso, insertus, & hu-  
jusmodi derogations consistorialiter factæ, & per  
tinas distinctas literas eundem tenorem continen-  
tes, tribus distinctis vicibus, Magno Magistro,  
seu Administratori perpetuo, ac Militibus nunc,  
& pro tempore existentibus prædictis intimate,  
ac infinitate fuerint, ac Magni Magistri, seu per-  
petui Administratori, ac Militum nunc, & pro  
tempore existentium prædicatorum expressus ad  
id accedat assensus, & altero factæ derogationes  
nemini suffragari, ac Magnum Magistrum, seu  
perpetuum Administratorem, ac Milites præ-  
dictos ad parentum literis derogatoris hujusmo-  
di, & Decretis super illis Processibus ac eorum-  
dem Processuum Exequitoribus, & Subexequito-  
ribus, eorumque mandatis, & monitionibus  
minimè teneri, sed illos literarum derogatoria  
rum hujusmodi executionem omnino impedire,  
nec ratione resistentiae, censuris Ecclesiasticis,  
per eosdem Exequatores, seu Subexequatores  
lati innovari, sive, & non alias in omnibus,  
& singulis præmissis hujusmodi per quoscumque  
Judices Ordinarios, vel Extraordinarios, & De-  
legatos quavis auctoritate fungentes, etiam cau-  
sarum Palatii Apostolici Auditores, nec non ejus-  
dem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Se-  
dis Nuncio, sublatâ eis & eorum cilibet alieno  
judicandi, & definiendi, ac interpretandi fa-  
cilitate, potestate & auctoritate, ubique judi-  
cari, definiri, & interpretari debere, & quid-  
quid secus super his a quoquam quavis auctorita-  
te scienter, vel ignoranter contingit attentari,  
irritum, & inane decernimus.

Auditor Cameræ Aposto-  
licæ, & Archipresbyter  
Ecclesiæ Par-  
mensis depu-  
tantur Ex-  
ecutores præ-  
sentium lite-  
ratum.

S. 14. Quocirca Venerabili Fatti nostro Episco-  
po Imolen., ac dilectis Filii Causarum Curia-  
Cameræ nostra Apostolica Generali Auditori, &  
Archipresbytero Ecclesiæ Parmen. per Apostolica  
Scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut  
unus eorum per se, vel alium, seu alios præsen-  
tes literas, & in eis contenta quæcumque ubi,  
& quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fran-  
cisci Duci, & Magni Magistri, seu perpetui Ad-  
ministratori, & Militum nunc, & pro tempore  
existentium prædicatorum fuerint requisiti solemniter  
publicantes, ac illis in præmissis efficacis de-

fensionis prædio assistentes faciant, auctoritate  
nostrâ, Franciscum Ducem, & Magnum Magis-  
trum, seu perpetuum Administratorem, ac Mi-  
lites prædictos approbatione, confirmatione, con-  
stitutione, subrogatione, erectione, institutione,  
concessione, assignatione, indulto, decreto, de-  
claratione, derogatione, aliisque præmissis paci-  
ficè frui, & gaudere, ac si opus fuerit, Fran-  
ciscum Ducem, & Magnum Magistrum, seu per-  
petuum Administratorem, ac Milites nunc, & pro  
tempore existentes prædictos, vel eorum Procra-  
torem, seu Procuratores eorum nomine in cor-  
poralem possessionem Ecclesiæ Beatae Mariæ della  
Steccata nuncupatæ, in Collegiale, seu Conven-  
tuale dictæ Militæ Ecclesiæ, ut præfertur, erec-  
ta, ac Domus Piæ, ac annexorum, juriumque,  
& pertinentiarum suorum præfatorum inducant  
auctoritate nostrâ, & defendant inductos, amotis  
quibuslibet Detentoribus ab eisdem, facientes eis,  
vel pro eis Procuratori, vel Procuratoribus præ-  
dictis de illorum, ac annexorum eorundem fru-  
titibus, redditibus, proventibus, juribus, & ob-  
ventionibus universis integrè responderi, non per-  
mittentes eos desuper per quoscumque quomodo-  
libet indebet molestati, perturbari, aut inquietari,  
Contradictores quoslibet, & Rebelloes per  
cenfuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque oppor-  
tuna juris remedia appellatione postposita com-  
pescendo, nec non legitimis super his habendis  
servatis Processibus, illos sententias, censuras,  
& poenas incurrisse declarando, nec non eas etiam  
iteratis vicibus aggravando, invocato etiam adhuc  
quatenus opus fuerit, auxilio Brachii Secularis.

S. 15. Non obstabitus recolenda memoria  
Bonifacii Papa VIII. similiter Prædecessoris nostri,  
qua cavitur, ne quis extra suam Civitatem, &  
Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus ultra  
unam dietam à fine sue Diœcesis ad judicium evo-  
cetur, seu ne Judices à Sede prædictâ deputati exta-  
ria Civitatem, vel Diœcesim, in quibus Deputati  
fuissent contra quoscumque procedere, aut aliis  
vel alii vices suas committere præfumant, & de  
duabus dietis in Concilio Generali edita, dum-  
modò ultra tres dietas aliquis auctoritate earam  
dem præsentium ad judicium non trahatur, ac  
Lateranen. Concilii novissimè celebrari, nec non  
quatenus opus sit, nostris, & Cancillariæ Apo-  
stolicæ Regulis de Unionibus commitendis ad  
partes, vocatis quorum interest, & exprimendo  
vero anno valore tam uniuendorum Beneficiorum  
quam eorum, quibus fit unio & quibusvis aliis  
Apostolicis in Provincialibus, & Synodalibus Con-  
cilis editis, generalibus, vel specialibus Con-  
stitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiæ  
Beatae Mariæ della Steccata nuncupatæ, in  
ejusdem Militie Collegiale, seu Conventuale  
Ecclesiæ, ut præfertur, ercta, ac Domus Piæ  
prædictarum respectivè fundatione nec non Mi-  
litia, illiusque Ordinis prædicatorum etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis fir-  
mitate alia roboretur statutis, consuetudinibus,  
stabilimenti, usibus, & naturis, ac quibusvis Pri-  
vilegiis, Indultis, & Literis Apostolicis etiam aliis  
Militiis, ac Ordinariis Locorum, & quibusvis Ec-  
clesiis, Monasteriis, Ordinibus & Loci, etiam  
Fabricæ Basilikæ Principiæ Apostolorum de Ur-  
be, ac Cruciatæ Sanctæ, eorumque Personis sub  
quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum  
quibusvis clausulis, & decretis etiam ad impe-  
ratorum, Regum, Reginarum, Ducum, Rerum-  
publicarum, etiam Venetæ, & aliorum quorum-  
cumque instantiam, etiam consistorialiter, & mo-  
tu simili, ac alias quomodoliter etiam per Nos plu-  
ties concessis, approbatis, & innovatis, quibus  
omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque  
totis tenoribus specialis, specifica & individua,

Derogatur  
quibuscum-  
que contra-  
riis, cum clau-  
fulis amplissi-  
mis.

non

ANNO  
1718.

ANNO  
1718.

non autem per clausulas generales idem importanter mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, latissime, & plenissimè, ac specialiter, & expressè harum serie motu pati derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, aut divisiim ab Apostolicâ sit Sede indultum, quod interdicî, suspensi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indulgenciis, & Literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ eisdem præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus hujusmodi gratia impediti valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis.

Sandio pœnalis.

J. 16. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, constitutionis, deputationis, subrogationis, erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, subjectionis, exemptionis, declarationis, indulti, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei aucto temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo decimo octavo, sexto Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno decimo octavo. J. Card. Prodatarius.

XCVII.

## S U S P E N S I O

Diversarum gratiarum ab Apostolicâ Sede Philippo V. Hispaniarum Regi Catholico concessarum, nempe Cruciatæ Sanctæ Subsidii, prima Decimæ, nec non fructuum Ecclesiasticorum unius mensis respectivè nuncupatarum, ad Sanctitatis Suæ, & ejusdem Sedis beneplacitum.

## CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium:

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus assertor, atque gratiarum dispensator in terris à Domino constitutus, ea interdum, quæ à se, & ab Apostolicâ Sede quibusvis etiam sublimi, ac Regali Dignitate præfulgentibus Personis, tametsi rationalibus ex causis, ac prudenti liberalitate concessa fuerunt, ubi graviores rationes ita suadeant, ac potissimum eadem causa, propter quas illa concedi contigit, idipsum expoſcant, sapienti consilio abolet, immutat, aut suspendit seu aliis desuper Pastorali sollicitudinis suæ partes interponit, sicut omnibus maturæ considerationi trutinâ perpenſis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Enumerat gratas à Se-  
de Apostolicâ  
Regi Catholico diversis  
temporibus  
concessas, &  
a sua Sancti-  
tate proroga-  
tas.

J. 1. Alias siquidem Nos Indulgencias illas, & gratias tam spirituales, quam temporales ad certam tunc expressum tempus publicandas, & duraturas claram: Philippo II. & Philippo. III. aliis successivè Hispaniarum Regibus Catholicis, nec non omnibus, & singulis Christifidelibus in Regnis, & Dominiis Hispaniarum, ac illis adjacen. Insulis consisten., & ad illa declinantibus, qui certa munera adimplerent, à diver-

sis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sub certis modo, & formâ tunc expressis, concessas, & plures de sexennio in sexennium prorogatas; ac deinde primò quidem à fel. rec. Urbano Papâ VIII., postea verò etiam ab illis Romanis Pontificibus pariter. Prædecessoribus nostris quoad licentiam vescendi ovis, & laeticiis tempore Quadragesimæ pro personis Ecclesiasticis Sæcularibus tunc expressis extensas, & amplias, ac de sexennio itidem in sexennium sepius prorogatas, Charissimo in Christo Filio nostro Philippo V. earumdem Hispaniarum Regi Catholico, & aliis Christifidelibus supradictis similiter ad sexennium à fine alterius sexennii ultimò prorogati numerandū extendimus, & prorogavimus; Concessiones itidem tam anni Subsidii quadragecentorum, & viginti millium ducatorum ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis universarum Hispaniarum, quam prima Decimæ in omnibus, & singulis Parochiis in Regnis, & Dominiis distarum Hispaniarum, ac Insulis eisdem Regnis adjacentibus consisten. eidem Philippo II. Regi ab hac Apostolica Sede ad certum tunc expressum tempus factas, ac subinde pluriē tam ipsi Philippo II., quam aliis successivè prædictarum Hispaniarum Regibus Catholicis de quinquennio in quinquennium prorogatas, amplias, & extensas, memorato Philippo V. Regi ad quinquennium tunc proximum similiter extendimus, & prorogavimus; Et nihilominus ipsas indulgentias, & gratias tam spirituales, quam temporales eidem Philippo V. Regi, & aliis Christifidelibus prædictis ad sexennium; Subsidium verò annum quadragecentorum, & viginti millium ducatorum, ac primam Decimam hujusmodi ad quinquennium respectivè per diversas nostras in simili formâ Brevis, nempe die viii. & die xii. Octobris MDCCXIV., nec non binas die primâ Januarii MDCCXVI. desuper expeditas literas de novo concessimus, & indulximus. Præterea ipsi Philippo V. Regi, per alias nostras in eadem formâ Brevis die xiv. Martii ejusdem anni MDCCXVI. expeditas literas, assignationem omnium fructuum, & reddituum, nec non pensionum super iis referendarum unius integri mensis omnium Cathedra- lium, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum quorumcumque Ecclesiasticorum de Jurepatronatus, five ad nominationem ejusdem Philippi V. Regis tantum, ac in præfatis Regnis, & Insulis adjacentibus existentium à memorato Urbano Prædeceſſore clara: itidem me: Philippo IV., dum vixit, earumdem Hispaniarum Regi Catholico ad certum tunc expressum tempus factam, & successivè ab aliis Romanis Pontificibus pariter Prædecessoribus nostris, in modo etiam à Nobis prorogaram, ad quinque annos tunc proximos tantum, similiter prorogavimus, & extendimus, seu de novo concessimus, & alias, prout in singulis literis nostris supradictis quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, ubertius continetur.

J. 2. Cum autem inspecta omnium memoriarum gratiarum, ac concessionum, ut præteratur, factarum, & prorogatarum origine, compertum, exploratumque sit prædictas quidem indulgentias, & gratias tam spirituales, quam temporales, intuitu, & occasione expeditionis contra Turcas, Mauros, & Saracenos concessas fuisse; Subsidium iridem annum quadragecentorum viginti millium ducatorum præfatorum supradicto Philippo II. Regi pro parandâ, instruendâ, & sustinendâ Classe sexaginta triremium, nonni contra Infideles, Hæreticos, vel Schismatics, & ad Regnum suorum defensionem educendâ concessum; nec nisi cum eisdem, aliisve legibus, seu

Causa finalis  
omnium ejus-  
modi gratia-  
rum fuit, ut  
Rex Catholi-  
cus illi utere-  
tur in expedi-  
tionibus  
contra infide-  
les

con-

ANNO  
1718.